



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicae Sive Ivs Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

In Nomine Sanctissimæ Et Individuæ Trinitatis, Amen. Institutionum  
Canonicarum Libri IV. Summa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62672)

IN NOMINE  
 SANCTISSIMÆ ET INDIVIDUÆ  
 TRINITATIS,  
 AMEN.  
 INSTITUTIONUM CANONICARUM  
 LIBRI IV.  
 S U M M A.

**I**cto hoc Libro pertractanda est natura, accidentia & effectus Nuptiarum, contractus, sicut ad humani generis ab interitu vindicationem & coalitionem civium in Republicam maximè necessarij utilisque, sic antiquitate dignitatèque præcellentis; cum originem suam debeat ipsi nascentis mundi primordio, rerumque conditori Deo, Nuptiale fœdus in Voluptatis adhuc innocentis Paradiso instituenti, & in id conspirantium maris ac fœminæ societatem suprema sua authoritate ad insolubilis vinculi perpetuitatem roboranti: postea verò supra naturalium rerum Ordinem elevarum sit à Christo Domino, Protoparentum peccatò afflicto genus humanum restaurante simul & Connubialem supra pactiones cæteras sic attollente; ut Sanctificantis Gratia in posterum esset fons, & in novæ Legis Sacramentorum numero emereret. Proposita autem ejus tractatio ad Gregorianæ Compilationis modum inchoatur à mutua contrahentium fide, tam Pactiois, quàm Consensus: quorum istò ipse Contractus Nuptialis: illà verò huic prævia seu Sponsalitia conventio constat, *c. 1. de Sponsa duor.* Dein variarum conditionum, utrique apponi solitarum, interpositâ declaratione discutiuntur Jure prodita Nuptiarum obstacula sive, ut vocamus, Impedimenta, Matrimonialis & Sponsalitii contractus inducentia nullitatem, vel illius solummo-

Iummodo adversantia honestati : subjiciunturque legitima & sequior  
 procreatio ac nativitas liberorum , quæ justarum aut iuutilium Nuptia-  
 rum præcipuus est effectus : & illegitimè procreatorum justis natalibus  
 restitutio. Subinde ad examen vocatur conjugiorum malè coalescen-  
 tium reparatio per Apostolicam dispensationem, remotò, quod suberat,  
 impedimentò : & hòc perseverante de facto consistentis Accusatio &  
 Ecclesiastici judicis autoritate facienda dissolutio omnimoda, vel con-  
 jugum legitimè conjunctorum ex fornicationis, sævitix, aliave causa, tem-  
 poranea duntaxat, perpetuave, separatio quoad communem thorum &  
 habitationem. Demum secundarum Nuptiarum stabilita honestate,  
 iisque intra luctûs annum coalescentibus Civili Jure imposta-  
 rum pœnarum explicacione, proposita tractatio ter-  
 minatur.

